Noverint universi quod nos Ermessendis dei gratia abbatissa monasterii sancti danielis Gerunde attendentes quod nos et nostrum monasterium et abbatia eiusdem habemus et habere debemus medietatem decime parrochie sancti andree de alodio et integrum
tuum quartum decimale dicte parrochie sancti andree de alodio pertinentem/ attendentes quod dictum monasterium recepit dampnum et nocumentum/ et dicta parrochia [illegible] decime decrementum/ quia in ea non est baiulus perpetuus qui
lener regat et gubernet et congreget dictam partem decime/ attendentes fidelitatem et legalitatem vestri ffrancisci mironis de dicta parrochia/ de qua vos et vestri fuistis actenus multiplicati comedati/ et sperantes
de nobis et vestris in futurum meliora. Igitur premissa cognita et inspecta super hijs utilitate dicti monasterii et nostri et successorum nostrarum imperpetuum quod nos et successores nostre in dicto monasterio Gratis et [illegible] et
certa scientia de iure nostro et dicti monasterii de voluntate et cum consensu conventus dicti monasterii hac de causa in capitulo dicti monasterii more solito ad sonum campanelle convocati et congregati facimus constituimus et
creamus ac ordinamus vos dictum ffranciscum mironi et vestros imperpetuum baiulos nostros et nostri monasterii de dicta medietate nostra decime predicte. Ita videlicet quod vos et vestri imperpetuum sitis baiuli nostri et nostri monasterii
et successarum nostrarum in eo de dicta medietate decime et teneatis dictam medietatem decime imperpetuum et eam congregetis in manso vestro in parrochia predicta. Et habeatis pro baiulino et labore vestro lavandi et
congregandi dictam medietatem decime tertiam decimam omnium et singulorum expletorum fructuum et quorumcumque proventuum dicte medietatis decime. Et vos et vestri sitis nobis et nostro monasterio de et super predictis
ad que vos et vestros baiulos constituimus fideles et legales utilia et comoda nobis et nostro monasterio procurando et inutilia vitando pro posse. Et nos constituimus nos nomine predicte donationis creationis
et assignationis dictam baiuliam vestro et vestrorum nomine possidere donec inde possessionem receperitis/ quam possitis quandocumque volueritis accipere et imperpetuum et ad inperpetuum retinere/ et inde vestras facere voluntates/ Salvo
iure nostro et nostri monasterii in tertijs laudimijs et foriscapijs ex dicta baiulia provenientibus et alijs ad directum dominium pertinentibus/ et nos pro nos et successores nostras in dicto monasterio promittimus vobis et
vestris quod dictam baiuliam et eius iura predicta faciemus vos et vestros imperpetuum habere tenere pro pacifice possidere in pace sana et secure contra cunctos/ et predicta creatione donatione et constitutione baiulie et alia
predicta rata et firma habebimus et non contraveniemus aliqua ratione sub bonorum dicti monasterii omnium ypotheca renunciantes iuribus quibus donationes ex causa ingratitudinis vel alia possunt revoca
ri, et omni exceptioni doli et metus et actioni in factum et beneficio restitutionis in integrum, et omni iuri in premissorum contrarium venienti. Et nos conventus dicti monasterii scilicet nos Sibilia de villa
marino priorissa beregaria [?] Agnes de mata infirmaria Geralda de Juyano Geralda de blanis sacristana Constancia de palacio subpriorissa Marchesia sa garriga blancha de blanis Sibilia de Capello
Maria Alamanda des guel Agnes de Juyano Ermesenda sa garriga blancha samaso moniales dicti monasterii et qui solum [?] dicti monasterii sumus actu presentes in dicto monasterio, ad sonum campanelle ut
moris est convocate et congregate in capitulo dicti monasterii et ibidem cum dicta domina abbatissa conventuantes et conventum dicti monasterii facientes/ attendentes et scientes quod in predictis vertitur utilitas comu
dum et augmentum dicti monasterii/ consentientes predictis laudamus hec. Et hec nos dicta abbatissa et dictus conventus facimus et firmamus in manu et posse notarii subscripti tamquam publice persone nomine omnium quorum
interest et intererit hec predicta omnia et singula stipulantis et recipientis. Et ego dictus ffranciscus mironi dictam baiuliam acceptans sub formis et conditionibus predictis/ promitto vobis dicte domine abbatisse et dicto con
ventui vestro et successoribus vestris imperpetuum/ et sponte iuro per deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter tacta quod ego et mei erimus vobis dicte domine abbatisse et vestro monasterio et successoribus vestris imperpetuum de predicta bai
lia et de predicta medietate decime fideles et legales/ vobis et nostro monasterio utilia faciendo/ et inutilia evitando pro posse/ obligando ad hec vobis et nostro monasterio et successoribus vestris imperpetuum me et meos et omnia
bona mea presentia et futura in manu et posse notarii subscripti stipulantis ut supra. Et nos Petrus de fluminibus archipresbiter ecclesiarum suburbiorum et sancte marie de albarasino vicarius in spiritualibus et temporalibus
generalis reverendi patris domini Enneci dei gratia episcopi Gerundensis/ [?] quod in predictis vertitur utilitas dicti monasterii/ et quod in predictis dictum monasterium non fuit lesum vel deceptum/ consentientes predictis laudamus
hec/ et eis nostram auctoritatem interponimus et decretum. Quod fuit actum firmatum et laudatum Gerunde videlicet a dictis domina abbatissa et conventu convocatis et congregatis pro conventu et conventum facientes in capi
tulo dicti monasterij die sextadecima july anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Quarto/ Presentibus et vocatis me notario subscripto et testibus scilicet bernardo rachasen clerico Sedis et
Raymundo Estudery clerico sancti danielis Gerunde. Dictus vero dominus vicarius firmavit et laudavit predicta et eis suam auctoritatem interposuit et decretum die decimanona july anno predicto/ presentibus testibus
Guillelmo [?] notario Galcerando de Guitano [?] et bernardo ragueser clerico Sedis Gerunde. Dictus vero ffranciscus mironi firmavit et iuravit predicta Quartadecima die Augusti anno predicto/ presentibus testibus
Johanne say et Petro [?] comorantibus Gerunde.

Signum Raymundi de burgia notarii publici substituti auctoritate regia a [?] publico Gerunde notario, qui premissis una cum dictis testibus interfui et hec scribi feci et clausi.

Es restituida dita Ballia al Monastir de S.t Daniel at la carta dela restitu.o ve.d q.e comença ...

Establiment dela Ballia de sac de la mittat del delma de S.t Andreu çalom per lo Monastir y convent de Sant Daniel a Francesch Miro de dita parroquia A 17 juliol 1364.

S.t Andreu Çalou N.º 3.

(946)

N.º 96. Batllia dela viegta de la Beuina de Sant Andreu Çalou. Llibre 20, p. 179